

445

443

449

439

454

434

494

394

430

inscribi facerem Augusti libris, et civem romanum eum esse
recognoscerem, quia non solum incarnari, sed et censui Cae-
sar is adscribi et civis romanus inscribi voluit, ut nos cives
coelestes constitueret, et potestatem romanae ecclesiae futurae
roboraret. Et sicut ipse saeculari potestati subdi voluit, sic
nos spirituali romanae auctoritati subjicit, nec te, o peregrine,
perturbet alvus tumens virginis, et enim virgo haec sine
gravedine gravida, sine depressione ponderosa, sicut est sine
virili semine impregnata. Quod autem hic pausamus, non
est ex hoc, quod ipsa sit fessa, lassa, vel defectuosa, sed
ego humanis defectibus pressus respirandi locum, tempus,
prout necesse est, assumo.

De loco, in quo Magi viderunt stellam, quam viderant
in oriente.

344

Locutione illa finita ascendimus asinos, et progressi in
media via ad tres cisternas venimus, et ibi est locus, in quo
Magis iterum apparuit stella, quam viderunt in oriente, ex
quo gavisi sunt gaudio magno valde; ut habetur Matth. 2.
Illae tres cisterne dicuntur (**165 A**) esse effossae in locis,
ubi tres reges steterunt, intuentes stellam, quae disparuerat,
quando ingressi fuerunt in Jerusalem. Circa hunc locum
congavisi sumus tribus Magis, legentes et cantantes ea, quae
in libellis processionum signata erant.

Ende

De loco, in quo natus fuit S. Helias propheta.

Anfang

Dimisso loco illo venimus ad quandam ecclesiam Georgi-
tarum, quae in eo loco stare asseritur, in quo Elias propheta
natus esse dicitur. In hanc ingressi Deum adoravimus, et
septennes indulgentias accepimus (†), et S. prophetam Eliam
honoravimus. Sed incidit hic dubium, quomodo Elias hic
sit natus, cum cognomen ejus monstrret, eum esse de Theba,
quia dicitur Elias Thesbites 3. Reg. XVIII. Sunt enim tres
Thebae, una in Syria, in regione Galiditidis, in qua erat turris
excelsa, de qua mulier cum fragmento molae jaciens illisit
capiti Abimelech, qui turrem succindere conabatur, et dum

